

U.M.  
RUM  
E  
ÉINZIA  
UM



DIVITIARVM  
**EVANGELICARVM**

*Disquisitio Decima septima*

PRÆSIDE

**CHRISTIANO GUEINZIO**

Gymnasii Salani

Rectore

*Respondente*

**THEODORO SECURIO**

Sangerhusano

*Dominica Invocavit*

*A. O. R. c. b. I. c. III.*

HALLIS SAXONUM

Prelo Hæredum Melchioris Oel-  
schlegely

DI VITIA LIBRI  
EVANGELICARU

Dicitur quod dicitur  
Gloria regis

CHRISTIANO CLEMENTE

Gloria Regis

Regis

THEODORO SECURIO

Secundus

Deo gratias

No. 10. Oct. 1711.

HERITIS SAXONI

Fidei et vita christiana

Regis



ANALYSIS  
EVANGELII

*Dominica Invocavit*

*Matth. 4. à v. I. m̄ḡ ad II.*

ANTE LOGIUM.

Ucundum exhibetur spe-  
Et acnlū, l. Sā, 17, 49 dē David pū-  
sillo statim funda armatō adver-  
sus Goliathum, qui 40. dies agni-  
nibō Israel opprobriū ferebat exierat; jucundiq  
erat in uestiū pastoritio videre prosternentem  
ictu lapidis uno turrim illam carnēam: jucun-  
dissimum verò hodie videtur miraculum in  
deserto, ubi Christus stetit contra D̄emonem  
Goliathum infernalem, qui toti mundo expre-  
braverat plus quam quatuor millibus anno-  
rum. Et tamen exutō armis divinitatis huma-  
no in habitu: Quemadmodum id ipsum uberiō  
describitur in Evangelio.

Dd THE .

## THEISIS I.

**I**N quo est partim Christi ad tentandum  
in desertum migratio v. i. in quo genera-  
liter tum temporis circumstantia : tunc.  
*Quando nimirum in Jordane fuerat baptisa-  
tus, & cœlitus solenne testimonium, quod sic fi-  
lius Dei, acceperat: quod Marcus innuit dum  
dicit c. i, 11. statim. Diabolus enim, habet The-  
ophylactus in Matt. quod & repetit Chris-  
tologus serm. 12. semper primordia boni pul-  
sat, tentat rudimenta virtutum sancta, in ipso  
ortu festinat extingue, sciens quod ea sub-  
vertere fundata non posse, Ut discamus sta-  
tim ubi nomina dederimus militie Christianae  
per baptismi Sacramentum pugnandum esse:  
Sic Moses vix natus periclitatur in Nilo; Isra-  
elite ex Agypto ut egressi persecutionem pati-  
untur a Pharaone Exod. 14. 6. Vnde Origen.  
in lib. Iud. hom. 9. inquit, si venisti ad bapti-  
sterium istud certaminis & pugna tibi est ini-  
tium.*

2. Et forma, quoad subjectum: Jesus.  
Hic enim est qui scopus & finis totius scripture,  
causa caputq; salutis nostræ. Ut discamus in  
nullo alio esse salutem nisi in ipso Act. 4. 12.

3. Et quoad prædicatū, quod continet tū  
mo-

423

modum: actus est. Quia forma loquendi  
utitur Matthæus, quia Christum depingit ut  
hominem, Marcus vero, cui Christus Leo, dicit  
quod expulsus: Lucas deniq; de utroq;  
participans ductus habet vocabulum: Ut di-  
scamus sub diversis vocibus diversos latere re-  
spectus.

4. Tum locum: in desertum. Per  
quod Arabiae magnum intelligitur desertum:  
quia 1. reliqua deserta habent aliquam addi-  
tionem: hic vero per antonomasiam primari-  
um illud intelligitur, in quo Johannes Baptista  
docuerat 2. Quia in reliquis desertis adhuc ho-  
mines habitarunt, in hoc vero, uti Marcus 1,13.  
testatur, fuit cumferis; & deniq; quia in deser-  
to hoc magno Israelites ter Deum tentaverant  
4. in hoc deserto jejunavit etiam Moses & Eli-  
as Christi servatoris typi. Ita locus secretus  
eligitur habet Cyprianus, ut de loco sumeret  
occasione. Tunc quippe maximè rapitur in ex-  
emplum. Chrysost. hom. in Matth. &  
Marc. solus ascendit in montem, sed in de-  
sertum dicitur, demonstrans nos non temere in  
tentationes projicere debere, juxta Theophyl.  
sed ferre tentationes. Vt discamus solitudinem  
vitare. Cain in solitudine occidit fratrem  
Gen. 4,8. Lot in solitudine peccavit Gen. 19,  
Mulum itaq; proficit qui nunquam solus ait  
31. Senecca Epist. 6;

5.

5. Specialiter partim causa efficiens: à Spiritu. Non malo, sed sancto, quod expresse ponit. Syrus & antecedentia arguunt, simulq; Lucas c. 4, i. addit ipsum plenum fuisse Spiritu sancto & actum fuisse ab ipso spiritu in desertum. Nihil enim sine spiritu fecit, habet Theophyl. Non à Diabolo: ut esset divinus cursus, non humanus incursus, ut esset spiritus præscientia, non inscitia humana, ait Chrysolog. serm. II. Ut doceamur non sponte nos ipsos in tentationem oportere insilire, ait Chrysost. hom. 13. in Matth.

6. Finalis: ut tentaretur à Diabolo. Atq; ita primaria causa est temptationis Diabolus. Significat verò τειράζειν idem quod πτείραν λαβεῖν hoc est periculum facere. Ut ita specimen quasi exhibueris sui profectus. Alias & Deus tentat, sed ut doceat, quia ipsius tentatio probativa est; & homo tentat, vel si se periculo committat, vel si prohibita à Deo petat, vel si sit hypocrita aut de præsentia Dei dabit; & denique Diabolus tentat, sed tentatio ejus affl. Eliva est. Tentari verò voluit, & ab inimico sustinuit ut homini quidem victoriam reportaret, habet Chrysost. hom. 13. Et ideo tentatus est Christus ne vincatur à tentatore Christianus ait Aug. in Ps. 90. conc. 2. Nec est in di-

indignum Redemptori nostro quod tentari voluit, quia & venerat occidi. Iussum quippe erat ut sic tentationes nostras suis tentacionibus vinceret, sicut mortem nostram venerat suam morte superare, habet Hieronymus hom.

16. in Evang. verum o incomparabilis Dei patientia & admiranda humilitatis exemplum, tentari a diabolo Dominus patitur qui tentans se populum in deserto jam dudum mortifero serpentum mortu[m] percussit, ait Chrysost. hom. 13. Et exposuit se tentandum Diabolo, ut tentatoris confunderetur presumptio, ait Cyprianus serm. de Jejunii temptationibus.

7. Et tentatio, cuius conflictus per corporalia in defecu[n]tu n[on] tempe per dissidentiam, ejus occasio est jejunatio v. 2. in quo in genere causa; & jejunans. Hac enim causa fuit impulsiva per quam Diabolus ansas sumit tenandi. Permititur enim esurire corpus, ait Hieron. in cap. 4. Matth. ut Diabolo tributatur tentandi occasio. Et propterea Dominus jejunavit, non quia hoc indigeret ipse, sed ut nos utique doceret quibus peccata ante baptismata dominatio ventris intulerat. Ut enim si aliquis agrotum, quem ad sanitatem deduxit iubeat illa non facere, ex quibus morbus ille contigerat; ita etiam post baptismata jejunium.

Dd 3                          contra

426

contra vitium edacitatis induxit, ait Hieron.  
serm. 12. Et jejunavit ut ostendat quod magna  
armatura contra tentationes sit jejunium sicut  
principium omnis peccati deliciae, habet Theo-  
phyl. in Marth. Jejunet ergo oculus, addit  
Bernhardus serm. 3. de jejunio quadragesi-  
mali, qui deprudatus est animam, jejunet au-  
ris, jejunet lingua, jejunet manus, jejunet ipsa  
anima. Jejunet oculus a curiosis aspectibus, &  
omni petulantia ut bene humiliatus coercea-  
tur in pœnitentia, qui modo liber vagabatur  
in culpa: jejunet auris nequiter pruriens a fa-  
bulis & rumoribus, & quæcunque otiosa sunt  
& ad salutem minime pertinentia: jejunet lin-  
gua a detractione & murmuratione ab in-  
utilibus vanis atq; scurrilibus verbis, inter-  
dum quoq; ob gravitatem silentii & ab ipsis, quæ  
videri poterant non necessaria: jejunet manus  
ab otiosis signis & ab operibus aliis & quæcunq;  
non sunt imperata. Sed & multo magis anima  
ipsa jejunet a vitiis. Bene autem jejunat qui-  
cunq; esuriem suam refecti pauperis satietate  
sustentat. Benè jejunat qui divini recordatione  
judicii semet ipsum refrenans ab omni illece-  
brarum voluptate suspendit. Benè jejunat  
qui carnem suam vitorum germine pullulan-  
tene sanctorum meditatione virtutum & sobri-  
etatis

etatis amore castigat, habet Maxim: hom. 4.  
de jejunio. Jejunium enim, quod habet Augu-  
stinus serm. 157. de tempore mentem purgat,  
sensem sublevat, carnem spiritui subjicit, sed  
jejunium id, quod jejunat ab omni peccato, ita  
ut nullum cibum sumat malitia, nullas capiat  
epulas voluptatis, nullo luxuriei vino ineale-  
scat, uti loquitur Hier. ad Celantiam Ep. 14.  
& Cyrilus l. 10. in Leviticum. Ideoq; jejunia  
non sunt tollenda, sed potius colenda.

8. Et mora; Dies & noctes 40. Lucas  
quidem tantum dierum facit mentionem, sed  
Math. & noctes addit: ne putetur fuisse vul-  
gare jejunium, sicut Iudai per diem jejunabant,  
vesperi vero & nocte sumebant cibum: Tale  
jejunium non fuit, quia verum jejunium non  
est. Neq; enim jejunium consistit in tempe-  
rantia aut abstinentia aliquali, sed in abstinen-  
tia totali ab omni cibo & potu, uti vel ipsa de-  
finitio nominis innuit sive latina secundum Isi-  
dorum lib. 6. Orig. cap. ultimo dum inte-  
stinum jejunium vacuum & exinanitum exi-  
stet; sive Graeca dum dicitur μνησία quasi μη  
εδίει hoc est non comedere; sive Hebraea  
dum dicitur נזעך quod significat exsu-  
etionem: Quia per abstinentiam corporis vi-  
res exsuguntur. Etiam scripture usus arguit

Q28.

¶ totalem abstinentiam in locis, ubi jejunii fierientio, innuit Joel 2.15. Judith.5.9. Lev.16. 3. Denique mensura jejuniij Mosis & Heliæ exprimit illud Exod.24.v. ult. Deut.9.9.hoc i. Reg.19.15. Quod cum sit miraculosum, facie quidem ad nostram institutionem, sed non ad imitationem. Vnde Chrysost. ait hom.47. in Matth. non dixit suum jejunium Christus esse imitandum, quamvis 40 dies posset proponere, sed discere à me, quia misericordia & humilis corde. Imo cum Apostolos ad Evangelizandum emitteret, non dixit: jejunate; sed quicquid vobis apponitur comedite. Cum regnum Dei non sit esca aut potus Rom. 14.17. nemo que propterea judicandus Coloss. 2,16. Etiam plerumq; est hypocriticum. Corpus inquit Gregorius l.8. moral. c.26. jejuniis macerat, honoribus anhelat: crucem carni intulit, sed mundo per concupiscentiam vivit. Quid prodest vero addit Hieron. Epist. 4. ad Celantiam attenuari abstinentia corpus, si superbia, intumescat animus? quam laudem merebimur pallore jejunii, si invidia sumus lividi? quid virtutis habet vinum non bibere, & ira aq; odio inebriari? Sint igitur pura, simplicia, casta, moderata, jejunia & non superstitione, secundum Hieron. Epist. 2. ad Nepotianum:

fec

420

sic etiam adhibenda temperies ut corpus no-  
strū nec saturitas exciret, nec inedia, quod ait  
Fulgentius Epist. 3. ad Probat. c. 13. immo-  
derata debilitet.

9. In specie eventus: postremum esuri-  
it. Vox autem Ὡσέρον sive postremum innuit  
antea non esuriisse. Quod non est infirmita-  
tis signum, sed est insigne virtutis, hāc Chrys.  
serm. II. non enim ex necessitate, sed voluntate  
esurit, ut ad huiusmodi tentationem Diabolum  
provocaret. Seu, ut Beda ait, fames Deipia fraus  
est, ne caveat Diabolus tentare, esurit humilis  
homo Deus. Ideoq; esuriit I. ad humili-  
tatem veram demonstrandam, quia esurire  
hominis est, ait Chrysost. hom. 5. Imperfeci  
operis in cap. 4. Matth. 2. ad ingluviem no-  
stram expiandam 3. ad famis vim exploran-  
dam 4. ad famen nostram consecrandam.  
Quid autem illud est, inquit Maxim. hom. 13.  
de ieuniū quadragesimæ quod cum uerq; Moses & Christus quadragenos ieunavit dies,  
non ut erg; post ieuniū esuriisse perhibetur?  
Moses utiq; non esurivit, ut in homine fragili  
operata divinitas probarecur: Esurivit Dei  
filius ut assumptionem carnis nostra fragilis  
suscepisse hominem revelaret. Quod non  
esurit Moses, coelestis est possibilatis exem-  
plum:

430

plum: quod esurit Christus, nostra redēmptionis  
est Sacramentum. Sed ô homo, Deus in te quoq;  
ieiunat, in te esurit: imo ieiunat tibi, tibi esurit,  
qui sibi sicut nescie manducare, sic non potest  
esurire, uti loquitur Chrysologus serm. II.  
Ergo cum propter te ieiunet, Christus te esurit.

10. Et ratio, ubi Diaboli argumentatio  
v. 3. in quo occasio quoad accessum: & ac-  
cedens eum tentator. Accessit tentantis  
dolo, non obsequiis affectu, ait Chrysolog. vi-  
dit famem & victoriam speravit pugnam q; con-  
fidenter agere aggressus est. Atque Adamum  
se videre putavit, ut famis passionem cernit,  
secundum Theodoreum serm. de provi-  
dentialia. Ceterum tanquam Adamum accessit,  
sed Adami creatorem Adami naturā am-  
etum invenit. Tentator autem vocatur ab  
effectu proprio, quia indefesso studio homines  
ad peccatum sollicitat atq; tentat I. Pet. 5, 8.  
Non itaq; simus securi, sed semper parati: nul-  
lam enim occasionem intermittit,

11. Et affatus: & dixit. Unde non per  
suggestionem tantum, sed per realem allocutio-  
nem.

12. Ratiocinatio à] dubio effectu, &  
negato proprio, cuius antecedens: si es  
filius Dei, Impugnat enim illam cœlestem vo-  
cem

438

cem paulo ante auditam; *Hic est filius meus.*  
*Nec enim vult fateri, nec vult diffiteri Christum*  
filium Dei sed dubie dispenseq<sub>z</sub> consulens tendi-  
culas blandis neicit sermonibus, ut obaudien-  
tem sibi reddat obnoxium & se de compassionis  
specie reddat acceptum; *Naturarum quip-*  
*pe coniunctio Diabolum excœbat, quia im-*  
*possibile ei videbatur, vel quod esurire posset di-*  
*vinitas, vel quod tantæ tolerantia posset esse tan-*  
*taq<sub>z</sub> potestatis corporalis humilitas, ait Cypti-*  
*anus serm. de ieiunio & tentatione Theoph.*  
verò in Matth. & Chrysost. inquiunt: *Au-*  
*davit vocem cœlestem latro, iterum videt eum*  
*esurientem & dubitat adhuc quomodo filius*  
*Dei esuriat & idcirco tentat eum ut discat:*  
*Quasi diceret nullus filius Dei esurit: tu esuris,*  
*ergò filius Dei non es.*

13. Consequens, quod exaggerat: Dic  
ut lapides isti panes siant. Non dicit ora,  
sed dic: quia de Messia scriptum, dicit & fieri  
Ps. 33.9. ubi dicere per synechd. generis sumi-  
tur pro mandare. Non dixit verò, ut lapis  
hic sed lapides, volens Christum ad superflua  
instigare: Esurienti, enim panis unus sufficit &  
propter hoc Christus non audivit eum, habet  
Theophil. Sed stultissima hac eius est & ina-  
nissima.

432

missima subreptio, ait Maxim. hom. i. de ieui-  
nio, per panem vulet tentare, qui panis est, esti-  
mans illum penuria laborare. qui voluntariam  
perferebat esuriem. Et quid magnum erat Do-  
mino, addit August. in Ps. 90. ex lapidibus  
panem facere, qui de 5. panibus tot millia sari-  
avit? Quare ergo non fecit? ut te doceret re-  
spondere tentatori. Signa fidei sunt prestanda,  
non dolis: credenti dandas sunt, non sunt dandas  
tentanci. Et facienda sunt ad petentis salutem,  
non ad facientis iniuriam, ait Chrysol. serm.  
ii. Diabole tibi ad quid signa cui nihil subvenire  
ad salutem? cui eorum restat ad paenam, cui  
signa proficiunt ad ruinam? Neque opus  
erat ut hoc facto innotesceret, quia nullo signo  
eius poterat inuidia commutari, cuius incorri-  
gibilem iniquitatem desperatio sugillauit, ait  
Cyprianus.

14. Et Christi refutatio v. 4. in quo sub-  
iectum: Ille autem respondens dixit. Neque  
enim fas erat voluntati Diabolicae obtemperare  
Dominum, habet Chrysost. hom. 43. Ut ostendatur,  
non ad omnia, sed ubi necessitas flagitas  
eantur respondendum.

15. Prædicatum: per allegationem: scri-  
ptum est. Optima enim ratione sacrarum  
scripturarum testimonia ingeruntur Diabolo,

non

non ut inconvertibilis doceatur, uti habetur apud Maxim. hom. 2. de ieiunio quadraginta; sed ut impudens confutetur. Ut discamus cum Diabolus nos à fiducia filiali erga Deum avertere tentat munire fidem nostram scriptura dictis. Licer autem tentatus Dominus tentatorem suum mergere in abyssum potuisse, tamen virtutem potentiae suae non offendit, sed sola scriptura divina praecepta edidit, quatenus nobis sua patientia preberet exemplum, ut quies à pravis hominibus aliquid patimur ad doctrinam potius excitemur, quam ad vindictam, ait Gregorius hom. 16. in Evang.

16. Per rationem, negativè: Non in pane solo vivet homo. Nempe negat assumptionem Diaboli illiusque rationem; Ac si quis destitutus pane mori cogatur, cum contrarium legatur Deut. 8, 3. Potuisse quidem facilis negotio lapides in panes convertere, sed missus erat in desertum non ut miracula ederet, sed ut retaretur: Abdicavit se usurpatione sua maiestatis, ut imperium Satanae pravitatis eò evidentius persentiseret. Panis vero per Synechdochem sumitur pro omni cibo corporali Gen. 3, 10. Exod. 2, 20. Deut. 18, 10.

17. Et affirmative: sed in omni verbo egredienti per os Dei. Ut ita ostendat falla-

GIAMM.

ciam cause: Non enim solitaria causa sustentationis vita panis, sed & verbum Dei. Quod distinguatur inter ordinarium medium sustentationis & inter extraordinarium, quale Israëlitis erat, qui 40 annos absq; pane ordinario in deserto mirabiliter sunt sustentati: sic 40 diebus Moses & Elias jejunio functi solo Deo alebantur, habet Tertullianus de resurrectione carnis cap. 6. & superaddit Theophyl. Manna cibatis sunt hebrei quod non erat panis, sed verbum Dei implebat omnē indigentiam quacunque comedere cupiebant, sive piscem, sive ovum, sive caseum concupiscebant. Nrandum autem in hebreo non haberi omne verbum, sed simpliciter omne quod egreditur de ore Dei. Ut discamus Deum varios nosse modos sustentandi. Et cum nudos homines cibaverit sine pane, etiam Dei filium potuisse. Ideoq; forte estote fratres, habet August. in Ps. 9. & quando aliqua inopia tentamini Deo flagellante & erudiente nos quibus & parat & servat hereditatem. Non nobis suggerat Diabolus: Si iustus es, nonne tibi per corvum mitteret panem Deus? tu responde Diabolo: Verum dicit scriptura: habeo panem. Audi Dominum. Non in solo pane: nam tribus modis Deus absq; pane nos servare potest i: præteritura:

435

turaliter exemplo Mosis Exod. 34. 28. Eliæ  
1. Reg. 9. 18. Jonæ 2, 2. Pauli Act. 9, 9. Sic  
etiam habet Fulgosus lib. I. memorabilium  
cap. 6. & Horstius de historia medico  
memorabil. lib. 7. Marcellus Donatus. 2. na-  
turaliter, sed mirabiliter communicando pa-  
rem, ut propheta Habacuc per angelū Dan. 14.  
32. Eliæ 1. Reg. 19, 6. vel benedicendo exemplo  
vidua Sareptana. 1. Reg. 17, 12. Sunamitidis 2.  
2. Reg. 4, 1. Et 3. spiritualiter, animum ver-  
bo suo pascendo. Non ergo sub fame murmu-  
remus, sed in Dominum omnem curam no-  
stram iactemus Ps. 55, 23. Matth. 6. 25. Et  
regnum Dei ante omnia queramus, & pane  
quotidiano acquiescamus. Inde Augustin,  
hoc me docuisti, inquit, ut quemadmodum  
medicamenta sic sumturus accedam alimenta,  
Et tamen non alimonia, habet Pelus. lib. 3. Ep.  
340. sed divinum decretum animas & corpora  
conservat.

18. Sic fuit per dissidentiam in defectu  
tentatio, sequitur per temeritatem in exces-  
su, cuius preparatio est, in pianas templi  
translatio v. 5. in quo circumstantia: tunc. Ut  
ostendatur superata prima tentatione, statim  
istam securam esse. Et quamvis Luca trans-  
ponat, tamen sunt i. quidam codices, ut habet

Stapu-

436

Stapulensis, qui eundem ordinem observant.  
2 particula ~~re~~ reiterationem arguit, & 3.  
post tertiam reiterationem iussus abire Diabo-  
lus. Unde Ambrosius in commentario in  
Lucam lib. 4, 4. etiam in Luca hunc ordinem  
retinet.

19. Forma, ab effectu desumta, ubi au-  
tor & motus: Assumit ipsum Diabolus.  
Idq. factum est, non uti quidam opinantur, in-  
ter quos etiam Cyprianus serm. de Jejun. &c  
tent. per visionem, sed per corporalem transla-  
tionem, cum nimirum etiam tertia talis: non  
quidem ex Domini imbecillitate, uti habet.  
Hieronymus in c. 4. Matth. sed Salvatoris  
voluntate. Ut in omnibus, sicut & nos, absq; ta-  
men peccato tentari cur, Hebr. 4, 15. Et ut  
nequissimi hostis actutia vinceretur, non poten-  
tia Deitatis, sed mysterio humilitatis usus, ait  
Leo serm. i. quadragi. Et 3. ut tentationes  
nostras suis temptationibus vinceret, sicut mor-  
tem nostram sua morte superare venerat, ait  
Gregor. hom. 19. in Evang. Quemadmodum  
& Philippus per aerem raptus. Act. 8, 39. Ha-  
bacuc. Dan. 10, 35. Mens quidem, ut addit  
Gregorius, hoc refugit credere, humane hoc  
audire aures recusant. que tamen non in-  
credibilia esse ista cognoscimus, si in illo & alia  
facta

437

facta pensamus. Annon Diaboli membra,  
Iudei persequentes & milites Christum cruci-  
figentes fuerunt? Quid ergo mirum si se ab  
eo permisit in montem duci, aut in pinnaculum  
qui etiam permisit se à membris illius crucifigi?  
Non est ergo indignum Redemptori nostro, quod  
voluerit tenari qui venerat occidi.

20. Tum est locus in genere: In san-  
ctam civitatem. Vbi per Synecdochē in-  
telligitur Hierosolyma. Quae dicitur sancta  
ratione subjecti, quia erat sedes cultus divini;  
& ratione accidentis, quia templum Dei & Gar-  
ca propitiatorii imbierant. Proptereaq; cum  
audierit ipsum allegare scripturam, deduxit in  
civitatem, ubi sunt eruditi & esse debent quin  
Diabolus simia Dei: Deus homines ducit  
in templum, Diabolus in sanctam civitatem.,

21. In specie: & statuit eum super pin-  
naculum templi. Per quod non ambitus in  
plano templi tecto (istud enim non τοπύριον)  
sed summum fastigium intelligitur, quia vete-  
res pinnam dixerunt, quod acutum est: ut non  
fuerit in muris exterioris atrii, sed in verubus  
aureis, qualia fuerunt teste Josepho lib. 7. de  
bello judaico c. 6. Ut discamus Diabolum  
quidem ad templum assumere voluisse, sed non  
in templum intransisse.

E.C

22.

22. Et consequens à miraculosâ effectione: *Mitte te deorsum.* Hoc enim esset verè miraculum. Nempe occasione loci hortatur & consulit ut in urbe sancta & frequentia populorum, quasi novus funambulus in excelso pendulus se deorsum ad spectaculum vulgi ja-  
et intrepidus, habet Cyprianus. Sed o quare stulta hac suasio nimiumq; perversa, ut filio Dei diceret: *Mitte te deorsum.* Numquid non rectius dixisset? si filius Dei es ascende in cælum; sed inimicus cœli, ne tentando quidem vult suadere ascensum cœlestem, deorsum & inima provocat, quia optat omnes cadere, qui se sentit præ omnibus cecidisse, habet Maxim. hom. 2. de ieiun. quadr. Et sic suis suadet sic suis provideret semper, sic suos elevat, ut de alto precipitet validius in ruinam, ait Chrysologus. Vult etiam nocere, at non potest; quia illius potestas est sub potestate. Ideo non dixit mitto, sed mitte deorsum ee, habet Aug. in enar. Ps. 61. Persuadere potest, precipitare non potest, ait Hieron. in cap. 4. Matth. mordere potest non ledere. Ne ergo me inamus.

23. Probatio à facili, quod allegat: scriptum est enim: Cum enim Christus ad scripturam provocasset, etiam Diabolus se versatum esse in eadem, conatus probare: sed o nefas da

439

da artis astutia & damnanda temeritatis au-  
dacia, habet Chrysost. hom. 43. qui videras  
se à Domino responso legis perculsum, iam non  
tantum nequitia sua armis uicitur, in quibus  
inutilis repertus est, sed & ipse legis testimoniu-  
m mutuatur: & inde tentat vincere, unde do-  
lebat se fuisse iam victum.

24. Recitat; ubi objectum: quia angelis  
suis mandavit de te. *Vbi particula öti ser-  
vit Protopopaeæ, suntq; verba desumpta ex Ps.  
91, 11 scriptum quidem addit Chrysost. quoni-  
am angelis suis mandauit, sed scriptum non est,  
mitte te deorsum.*

25. Et ab effectu: Ne forte impinges  
ad lapidem pedem tuum. Lucas quidem ad-  
dit ut custodiant te, sed Diabolus sophistam agit  
& fallaciā divis, committit, dum omittit verba  
illa, in omnibus viis tuis. Vnde, addit Bern-  
hardus, animadverte & videte, quemadmo-  
dum subtricuit malignus & fraudulentus. Quo  
malignitatis suæ commenta dissolveret, quid  
enim mandavit? nempe quod in Psalmo sequi-  
tur, ut custodiant te in omnibus viis tuis.  
Num quid in precipitiis? qualis via hac de  
pinnaculo templi mittere se deorsum? Non est  
via hac, sed ruina: Et si via, tua est, non illius.  
Male ergo interpretatur scripturas Diabolus,

Es 2                    habet

440

habet Hieron. Proinde si quando testimonia  
de scriptura audiveris, vide ne statim loquenti  
acquiescas, sed considera illum cuius sit, ac cuius  
sententia, cuius sit voluntatis, ait Orig. hom. 31.  
in Luc. Sic quidam allegant angelos dixisse,  
Non est hic, sed ubi manet ipsa angeli explicita-  
tio? queritis mortuorum inter vivorum? Ergo non  
mortuus, non est hic; dicunt redditurus est, sed  
ubi manet particula, uti ascendit Act. i. Ut  
discamus scripturam recte allegare, nec cuivis  
spiritui credere, ex I. Joh. 4,1.

26. Christi refutatio à testimonio divi-  
no; quia Dei non debet esse tentatio v. 7. in  
quo prohibitio est ideoque allegat: Rursus  
scriptum est. Ubi à pari scripturæ depravata  
oppónit è diverso scripturam aliam: Quoni-  
am igitur ille fuerat de scripturis locutus, eti-  
am Dominus testimonium illi protulit de Pro-  
pheta. Quemadmodum igitur Christus ver-  
ba illius audivit, nihil utiq; indignatus est, ni-  
hilq; commotus, sed cum multa modestia scri-  
pturarum ei rursus voce respondet, habet  
Chrysost. hom. 13. in Matt. Nos utique  
docens, quod Diabolum per patientiam ita o-  
porteat atq; per tolerantiam, non per signa, su-  
perari. Nihilq; ad ostentationem nostri atq;  
amorem facere gloriandi. Ut discamus scri-  
pturam

per-

pturam semper allegare, uti & Apostoli fecerunt. Quis ergo deviet à sententiis eorum, habet August. in Psalm. 68. aut quis agnus non sequatur arietes? Quicquid ergo ad res divinas & nostram religionem pertinet in scripturis sacris est requirendum, ex iisq; discendum, atq; inde omnis rerum scientia capienda. ait Orig. super Levit. in omni enim loco scripturae, ajunt Rabini, ubi invenis argumentum pro hereticis, invenies quoq; statim medicamentum in latere ejus.

27. Et recitat: Non tentabis Dominum Deum tuum. Quæ verba ex Deut. 6, 16. petita sunt, quibus Christus restringit promissionem Dei illam loqui de viis vocationis, non verò esse Deum tentandum extra vocationis meram, alias prohibitum: quasi diceret hoc quod suades Diabole tentationis præsumtio est, non consilium sanitatis, jactantiae vanitas, non virtutis exemplum, habet Maxim. hom. I. Et illud scriptum loquitur de in periculum adducto: Non autem tentanti Deus auxilium se lateturum promisit; in necessitate constituto, non autem se ostentanti & vanam gloriam captanti ait Pelus. lib. 4. Ep. 164. Ut discamus ambitionem declinare & temeritatem: Nam si quis periculum in tantum quantum caveri potest

442

test non caveret, ait Augustin. lib. 26. de civ.  
Dei cap. 19. magis Deum tentaret quam in De-  
um sperare.

28. Circa spiritualia tentatio ob idolo.  
latticam profanitatem, ubi de Diabolo, & est  
tum facta regnum mundi demonstratio  
v. 8: in quo, iterum occasio, quoad modum:  
iterum assumit eum Diabolus. Hostis enim  
nec pudore commoveri, nec rubore affici novit,  
nec ad extremum usq; vita spiritum despera-  
tione frangitur. Verum armorum & tormento-  
rum loco sua natura contentus, omni tempore  
insidias struit, non se victum fuisse cogitans, sed  
superiorem abstessisse somnians, ait Pelus. lib. 3.  
ep. 228. Et ita procedit in arenam temptationis  
vice tertia: sequitur tamen Dominus plane ut  
athleta ad temptationem sponte, quia in omnibus  
inventus est fortior ait Orig. hom. 31. in Luc.  
Ut discampus non in visione factam tentatio-  
nem fuisse, quia talis in Christum non cadit, sed  
in rei veritate.

29. Locus: In montem excelsum valde  
Qui qualis fuerit non exprimitur, interim tamen  
probabiliter colligitur fuisse montem Pis-  
gam, de quo Moysi terra Canaan monstrata  
a Deo Deut. 34, 1. Quidam putant montem  
excelsum valde, affectionem & studium in pos-  
siden-

fidendis divitiis intelligendum, in quem conatur inimicus eum ducere. Sed non recte opinantur: in sensibili enim forma apparuit ei Diabolus: cogitationes tales non habuit Dominus inquit Theoph. in Matth.

30. Et ratio, contibens modum, qui habet objectum per se. Et ostendit ei omnia regna mundi. *Quia nimirum prædictum erat de Messia: Omnia regna servient tibi Es.60,32.* Ideoque sciens Diabolus ad hac venisse Christum ut regnum illius tolleret: ut hi qui sub eo erant, inciperent esse sub Christo, ostendit ei omnia regna mundi & hominum hujus seculi, quomodo alii regantur à fornicatione, alii ab avaritia, alii populari rapiantur curâ, hi formæ capiantur illecebris. ait Orig. hom.30. in Luc. sed rectius asseritur pro agilima sagacitate in rei veritate monstrasse: Unde Lucas addit ἐν σιγῇ χρόνῳ in momento temporis factum esse. Ubi non putandum est mundi machinam in se fuisse contractam, habet Haymo, quin potius mens cernentis est dilatata ad hoc ut quasi sub uno globo mundi vastitatem videre posuerit. Bene autem in momento factum, ait Ambrosius in lib. 4. in Lucam c. 4. ut non tam conspectus celeritas indicetur quam caducæ fragilitas potestatis exprimatur.

444

31. Et cum accidente: Et gloriam eorum.  
id est amplitudinem seu majestatem. Ideoq;  
non indeterminatè aut confuse, non subterra-  
nei thesauri, sed omnis gloria qua apparet o-  
stensa.

32. Et impudens postulatio. v.9. In quo  
consequens ab utili & causa voluntaria: hæc  
omnia tibi dabo. Si enim de mundo visibi-  
li id est cœlo & terra, & de his, quæ in ea agun-  
tur te jactas habere dominium, nec cœli, nec  
terra tu conditor, nec solem moves, nec cursum  
das sideribus. Atqui inferioris mundi tua  
est scabies, tua languentis sunt ulcera, hæc scal-  
pis: tu incendiator libidinum, & omnium tur-  
pitudinum adinventor: In his regnas, quos in-  
quinas, & in his quos polluis dominaris, hubet  
Cyprianus de jejun. & tent. Impudentia  
igitur magna est: Tunc enim illa fecisti, inquit  
Bernardus, miser? quomodo dabis, quæ ille  
creavit? annon Domini est terra & plenitudo  
eius Ps.24.12.

33. Antecedens in specie: si cadens. Ubi  
nota vocem ait Hieron. cadens. Quia qui  
adoratus est Diabolus primo corruit, & ve-  
rè cadit, qui potestates & honores mundi per ar-  
tes sacrilegas inimico promittente sectatur, ha-  
bet Maxim. hom. 2. qui non largiente Deo  
sed

445

sed ad nutum Diaboli acquirit seculi dignitates, aut idem hom. 4.

34. Etingenere: Adoraveris me. Nempe voluit Christum avaritia & ambitione à verò cultu Dei avertere, & ad Idololatriam pertrahere. Verùm insanissime Satan, habet Cyprianus serm. de jejun. qual lingua, qua fronte ausus es dicere Servatori, ut ante te, qui stat inflexibilis & immobilis, caderet, ut te damnatum, ipse, qui te damnaverat, adoraret? Quis ausus quam impudens hæc fuit præsumtio? quid desperata sperasti? An filium Dei posse ecum apostatam putabas fieri?

35. De Christo, & ejusdem denegatio v.  
II. in quo subjectum: tunc dixit ei Jesus. Non ergo fuit tantum visio, &phantasia; sed verum colloquium & disputatio.

36. Prædicatum continet tum mandum per indignationem: Abi post me Satana! Quia formula usus quando propter rei indignitatem anima commotiori rejicit eos, quos aliquandiu eum molestia toleravit. Ita de Petro Matth. 16. 23. quippe in patrem ipsum nequissimus ille peccaverat, omnia que illius sunt sua esse dicendo, seq̄, illorum Dominum sacrilegè profitendo, quasi cunctorum esset creator, habet Chrysost. hom. 13. Ut discamus

GEP

serm.

446

similiter blasphemas voces rejicere: odit enim animam suam qui cum fure participat, quicq; blasphemiam audie & non indicat Proverb. 29, 42.

37. Et fundamentum desumptum ab adorationis objecto, ex testimonio divino, definite: Scriptum enim est Dominum Deum adorabis. Deut. 6, 13. & 10, 10. quass diceret, si Deus adorandus, utiq; tu Satan eris minime. Ubi quidem non habetur in fontibus vox adorationis, sed timoris, timor vero est pars adorationis. Non ergo sunt adorandi sancti, sed Deus. Non tamen excluditur caro Christi, quia non ut nuda caro, sed ut unita Deitati in una hypostasi, ut loquitur Damascenus lib. 3. de orthodoxa fide cap. 8. adoratur, neq; enim verbum adoraturi à carne seponimus, addit.

38. Exclusivè: Et illi soli servies. Ve ostendatur nullam esse differentiam inter δειαν & λατρειαν, cum utrumq; de Deo dicatur. Ecce quamvis Deut. 6, 13. non habeatur vox soli; tamen recte adjecit Christus quia sensus requirit, quemadmodum 70. Interpretes addiderunt. Gen. 3, 11. etiam Patres ita usurparunt & translationes adhibuerunt.

39. Tum est eventus, cuius narratio v. II. in quo

447

quo ab effectu ostenditur, quoad Diabolum discessus. Tunc dimitit eum. Diabolus responsis scilicet Christi obtusus & confusus re infecta. Trina enim interrogatione tentacor nihil perfecit: incertus venit, redit incertior. Aggressus est ut probaret, reprobatus abscessit, habet Maxim. hom. I. Quanquam Lucas addat, ad tempus tantum abscessisse: quia tota Christi vita fuit militia, & quia semper debemus esse separati, dum frequentius redit.

40. Quoad angelos, quorum describitur accessus: Et ecce angeli accederunt. Accedunt autem non quasi primum aduenientes, habet Glossa ordinaria, sed agonem Domini procul aspicientes, ideo victo discedente, illi accedunt ne videatur Dominus auxilio ipsorum vicisse. Ubi addit ecce quasi stupenda res, quia qui hactenus expositus fuit variis Satana ludibriis & contumeliis, illum jam veneratur non unus angelus, sed magna spirituum caelestium multitudo.

4. Et cultus: Et ministrabant ei. Visibili procul dubio specie apparentes, ut in agone Luc 22,43 gratulantes de acquisita victoria, & afferentes vibum sicut olim Elias i. Reg. 19,6. Ut discamus, quod & nobis post victoriam angeloi sunt administraturi: Omnia enim propter nos

448

¶ fecit & monstravit Dominus, quoniam ei  
ut Deo angeli semper ministrant Theoph. in  
Matth. Isidor. Pelus. l. i. ep. 75.

## NOTÆ.

I.

**S**ecessit in desertum) considera Chri-  
stum sic perpetuâ cruce se affixisse; ut  
discas etiam carnem tuam crucifigere.

II.

**A**ccedens tentator ) considera  
Christum tentatum esse; ut discas,  
licet pius sis, te non fore à tentatione li-  
berum.

III.

**A**ngeli accesserunt ) considera post  
tentationem Christum honoratum ab  
angelis; ut discas tentationes sustinere &  
honorem ministeriumq; angelorum exspe-  
ctare.

## CASU S.

An licitum ambire honores?

**N**on videtur i. quia Diabolus eo modo  
Christū sollicitavit & tentavit Matt.

49.

449

4,9. 5 Siracid. inquit: nemo affectet altiora 3. jura ambitum improbant. lex julia de ambitu, Petilia, Pinnaria, Calphurnia, Fabia, Tullia, Pompeja, Licinia, Ebutia, de quibus Franc. Hotom. & Man: in lib. del. l. Rom. Alex. ab Alex. l. i. genial. dier. c. 17. ibiq, Tiraquellus Decian. in tract. Crimin. l. 8. c. 22. Salmuth. in notis ad lib. i. rerum memorabili- um tit. de Nomenclat. Ambitio fugi- enda c. nullus l. q. i. c. 8. q. i. c. 61. dist.

Sed l. Eccl. 41, 15. dicitur: curam habe-  
de bono nomine: hoc enim magis permane-  
bit tibi quam mille thesauri pretiosi &  
magni: bona vita numerus dierum: bonum  
autem nomen permanebit in eternum 2. ho-  
nor praeceps thesaurorum hominis, adeo ut  
vita & fama pari passu ambulent. Clar.  
§ homicid. n. 26. Si autem vitam licet  
petere, etiam honorem.

3. Etiam omnibus divitiis preferen-  
dus l. Julianus 26. ff. si omiss. caus. testa  
justa 9. ff. de manu vindict. l. isti quidem  
8. § 2. ff. quod metus causa. Cravet.  
cons. 2. n. 18. & cons. 697. n. 4. Menoc.  
cons.

451

cons. 302. n. 4. Barbat. cons. 47. l. 1. 4.  
licet appetere officium'. Tim. 3. c. qui  
Episc. s. quæst.

Contraria argumenta loquuntur de ho-  
nore, illico modo quæsto: Ad 1. quoniam  
Diabolus adeo impudens, ut voluerit per  
eum adorari, quem ipse adorare tenetur, de  
quopluribus in thesibus.

Ad secundum: loquitur locus de affe-  
tatione illegitima & vituperabili, quando  
quis altior se affectat, non verò de legiti-  
ma & laudabili. Alias desiderare Epi-  
scopatum, etiam foret illicitum.


3. Jura ambitum improbant: quando  
quis pecunia & largitionibus, honores &  
dignitates Magistratus & sacerdotia am-  
bit atq; redimit. Dignitas verò spiritu-  
alis nec desiderari debet, sed qui eam am-  
bit, ea ipsa indignus judicandus & repellen-  
dus est, c. sicut is qui 1. q. 6. nec quidem à  
merentibus peti, sed potius illis offerri debet  
Alias est currere & semet ipsum in gerere,  
de quibus Es. 29 c. de Episc. & cler. in No-  
vel. de Sacros. Episcop. Vnde in jure pœna  
est 100: aureorum, cum nominis infamia

luc.

Iun. s. r. ad l. Julianam de ambitu. *Qui*  
*verò solis precibus honores sollicitat & officia*  
*sua offert, ille non tenetur, ut habet Decian.* l. 8. c. 23. n. 2. *Petrus in thes. contr.*  
*conclus. criminal. 188. Menoch. lib. 2.*  
*de arbitr. jud. qq. cent. 5. cas. 401. n. 4.*  
*si tamen Consiliario principis officii conse-*  
*quendi gratia pecuniam quis dederit, aut*  
*promiserit tenetur pena legis lutiæ de ambi-*  
*tu, & tam dans quam accipiens punien-*  
*dus Bartol. in l. un. & in l. Barbarius 3.*  
*ff. de officio prætor. Salicet in l. un. C-*  
*ad l. Julianam de ambitu, & Bossius in*  
*tract. criminal. de ambitioſ. num. 1. Be-*  
*rens. disp. 18. ad inst. th. 4. q. 2. Vnde in-*  
*hibetur Magistratibus quippiam pro obti-*  
*nenda dignitate dare §. 1. & §. illud No.*  
*vel 8. ut jud sine quoque. Voluitq; The-*  
*odos. & Valentinian. l. fin. 6. c. ad leg.*  
*Jul repetund. ad regendas provincias ho-*  
*mines accedere, qui ad honoris insignia,*  
*non ambitione, vel pretio, sed testimonio*  
*probata vita promoveri, jurareq; eosse pro*  
*administrationibus sortiendis neq; dedisse*  
*quippiam, neq; datus postmodum fore, si-*

453.

ve perse sive per interpositam personam.  
Id quod & habetur Novel. 8. c. 7. Tho-  
los. Syntag. l. 36. c. 29. n. 13. Et quamvis  
quidem excipient Cæsarem ex l. uniff. ad  
l. Julian. de amb. quia ad curam princi-  
pis, Magistratum eligere, pertineat. & popu-  
lus non sit princeps, tamen non, cessat causa  
prohibitionis eademq. lex valet, ne  
princeps ipse corrumptur largitione in  
suffragiis. Nec ad rem facit ob hono-  
rem consequendum, pollicitationem,  
esse validam l. 1. §. 1. lib. b. ff. de  
pollicit. nam tum demū conceditur quan-  
do ei, qui consequitur datur, vel quan-  
do benefico animo largitur, qui consecutus  
c. 1. quicquid l. q. 1. Geminamus quidem  
voluit in c. pro humanit in hom. in 6.  
mercari licere officia, si detur publicè pro  
officio, non secretò si cupiat prodesse & sit  
idoneus: sed improbature ex & consideravi-  
mus Novel. 8. in: præf. ut judices sine  
quoquo suff. & quia Simoniac. ven-  
dentes l. q. 3. Tholos. lib. 36.  
c. 29. n. 17.



**I**s potis esse sui *securus*, quisquis obire  
Credita cuncta sibi munia ritè soleat.  
Tenterur quamvis etiā, tamen usq; nocere  
Nil poterit: Chrsit⁹ comprobat ipse satis.  
Duxerat in diserta sacer quem Spiritus, illic  
Mira tentatus Dæmonis arte fuit.  
Nam quater denas totidem cum solib⁹ um-  
Ut ieuniarat, cœpit adēsse fames. (bras  
Hinc tētator adit dicens: panescere manda  
Hos lapides, si vis filius esse Dei,  
Is contra nōm vivit homo modo pane sed o-  
Ex verbo quod si prodit ab ore Dei (mn⁹  
Postsumat templi sacra per pinnacula, di-  
Te timite potes filius esse Dei (cens  
Sis *securus*: habet promissio iussa ministris  
Dat qui te manibus, ne violere ferant  
Sed contra Iesus: doceat quid pagina nescis?  
Tentabit Dominum nemo Deumq suum  
Rurs⁹ at assumit super ipsa cacumina móris  
Excels⁹: monstrat totius orbis opes.  
Trux ad me si supplex veneraberis, ista  
Cum maiestatis schemate cuncta, dabo

Tunc.

Tunc verò Jesus dixit: Satan improbe cede!  
Solus adorari vult colierque Deus  
Protinus accessit: successit at Angelus omnis  
Qui reverenter eum, ceu coluere Deum  
Hoc quisquis praestat, tentaminc prorsus ab  
omni

Securus, nec cum vincere quidve potest.  
Plurib⁹ id monstrat thesibus Securius. Ista  
Pergat! Securus vicit critique sui.

ita restatur & optat

GUEINZIUS.

THEODORUS SECURIUS.

αὐτοὶς αὐτοὶς ζόμενοι

SECURUS ERO STUDIO.

Seu dedit Alcyonis nomen, seu Inno securis,

SECURUM STUDIO retinens omnem hinc

afflictionem, et hoc illud, oder

Theodorus Securi

Dort wo es sicher.

**S**enn mit heering und list sich zu den Christen  
neiget

Der hellisch Jupiter so sucht man billig rath

Dort wo es sicher ist beh Gottes reicher gnad.

Welches hier Securios mit ruhm un̄ schriften zeigen.

Erhardus Weigelius W.P.



02 A 572  
(1/2)

**ULB Halle**  
003 808 483

3



V017

EV

CH R 15  
H 33 C



